

Ego Odo Tusculanus episcopus.

Ego Stephanus Prenestinus episcopus.

Ego Richardus sancti Angeli diaconus cardinalis.

Ego Petrus sancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis.

Ego Octavianus sancte Marie in via lata diaconus cardinalis.

Ego Ottobonus sancti Adriani diaconus cardinalis.

Datum Laterani per manum Guillelmi magistri scholaris Parmensis sancte Romane ecclesie vicecancellarii, V. idus aprilis, indictione XIII, incarnationis dominice anno millesimo CC^oLVI, pontificatus vero domini Alexandri pape III. anno secundo.

17. Clemens IV. gewährt dem Cistercienserorden, dass mit dem Ableben derjenigen Personen, denen der Orden oder ein Glied desselben eine regelmässige Zahlung zu leisten hatte, diese Verpflichtung ein Ende nehme (f. 115'). 1265 April 24. — Spoleto.

Clemens etc. dilectis filiis etc. Pietatis opera, cuius observantie vos pro Christi gloria deputastis, adeo sedis apostolice promerentur [subsidia], quod dignum reputari potest et debitum, ut in quibuscumque [cum] deo possumus vestris occurramus dispendiis et utilitatibus intendamus. Vestris itaque supplicationibus inclinati¹, presentium vobis auctoritate concedimus², ut cedentibus vel decedentibus illis, pro quibus ex quacumque causa specialiter vel generaliter ad vitam ipsorum apostolica vel legatorum eius seu alia quavis auctoritate vobis vel monasterio aut ordini vestro sive ipsius ordinis vel vestris facultatibus ad eorum vel aliorum instantiam aut proprio motu quecumque pensiones dinoscuntur imposite hactenus vel iniuncte sive concesse, cuiuscumque ordinis seu dignitatis preeminentie vel status sive conditionis existant, eo ipso, quod ubicumque vel quandocumque decesserint, pensiones huiusmodi cedant et deficiant cum cedentibus vel defunctis et ad vos et ipsa monasteria libere revertantur; ac si etiam hii vel eorum aliqui apud sedem apostolicam cesserint forsitan vel decesserint, pensiones ipse quas haberent apud ipsam vacare sedem minime reputentur, sed ad vos et monasteria eadem redeant ut prefertur. Nulli ergo etc. Datum apud Spoletum VIII. kal. maii anno primo.

18. Bonifaz VIII. befiehlt allen Erzbischöfen, Bischöfen u. s. w., die Mitglieder des Johanniterordens, die ihnen für vacante Kirchen dieses Ordens vom Meister und den Brüdern des

1) cod.: 'incline'.

2) cod.: 'concedemus'.